¶ Qui autē ꝓpter id, qđ in principio erat, ſumunt̄ fiunt qđem ſic, ⁊ tot modis, quot modis cōtingit, quod in principio eſt, petere. Videntur autem redarguere, quoniam non poteſt quis inſpicere idem, ⁊ diuerſum.

¶ Accipiēs paralogiſmū ipſius qđ eſt petere in p̄ncipio ponit quartuȝ modum ſophiſmatū extra dictionē, ⁊ dictum eſt de his antea breuiter quomō fiunt. Nam appoſito hoc problemate ꝙ anima imortalis, ſi qs acceperit hoc ꝙ ſit incorruptibilis ⁊ ſempiterna velut exiſtētia diuerſa ⁊ nō eadem cū hac imortalis cōcluderet aīaȝ immortalem. Dictū eſt de his pfectius in 2° libro de priori reſolōne, non ſoluȝ hic, ſed etiam 8° topicoꝝ. apertiſſime dictum eſt, ꝙ qnque modis dictuȝ eſt. Eqdeȝ committit paralogiſmū qui nequeūt contueri ꝙ idē eſt icorruptibile ⁊ imortale, ⁊ decipiūtur a ſophiſtis nihil oſtendētibus, ſed oſtēdentibus per ideȝ id qđ per ſe nō eſt manifeſtuȝ ⁊ faciētibus ꝓpōnem ꝓblema. Nam quādo q̄ſitum eēt, an anima imortalis, dicit ſophiſta aīa incorruptibilis, incorruptibile eſt imortale, igit̄ anima imortalis nihil oſtēdit, ſed id qđ eſt ex principio petit. Sed ſi aliquis dixerit ꝙ nō eſt locus cōcludit aliquis locū eſſe, ſic aliquo mō dicendo ſi eſt ſurſuȝ ⁊ deorſum an̄ꝗ ⁊ retro, dextrū ⁊ ſiniſtrū eſt locus, ſed eſt ſurſuȝ deorſum ⁊ reliqua, igitur eſt locus, ſic etiam petit id qđ eſt in p̄ncipio, vel qđ oportebat oſtendere accepit indemōſtrabilr̄, nā ſi totum nihil aliud eſt q̄ꝫ ſuę partes, qui dicit ꝙ ſi ꝑtes ſunt loci eſt ēt locus, nihil aliud inqt ꝙ locus ſit locus.

¶ Quę vo ꝓpter conſequens eſt redargutio, ideo eſt, quoniam putant conuerti cōſequentiam. Nam ſi cum hoc eſt ex neceſſitate, illud ſit, ⁊ cum illud eſt, putant ⁊ alteruȝ eſſe ex neceſſitate. Unde ⁊ quę ob opinioneȝ ex ſenſu ſunt, deceptiones fiunt. Naȝ ſępe eſſe mel fel ſuſpicati ſunt, quoniā flauus color mel ſequitur. Et quia accidit terram pluuia fieri madidam, etiam ſi madida ſit, opinantur pluiſſe. id autem non neceſſarium eſt. In rhetoricis vo, quę ſm ſignum fiunt demonſtratiōes, ex conſequentibus ſunt. Nam volentes oſtēdere, quoniam adulter, qđ conſequens eſt, accipiunt, vt quoniā comptus, aut quoniā videt̄ noctu errabūdus: pluribus autem hęc quidem inſunt, p̄dicatum tamen non ineſt.

¶ Redargutio ob ꝯſequens eſt quintus modus redargutionuȝ apparētium extra dictionē, ⁊ eſt pars paralogiſmi ob accidens qui eſt primus ſophiſmatum extra dictionē. Hoc autē ⁊ ipſe Ariſt. ꝓcedendo dicet, naȝ hęc ambo ſophiſmata ab accn̄tib᷒ ꝑfecta ſunt, veruȝ diſcrepant, qa alteꝝ ob accidens nō cōuertit terminos, ſed ſic ſyll'ſ efficitur Socrates animal, aīal auteȝ eſt genus, igitur Socrates eſt genus, ſed hic ob ꝯn̄s accipit velut conuertens terminos, ⁊ fit, quādo etiam nō cōuertentia vt cōuertentia acciperent̄. Nam qa ſeqtur furem nocte errare conuertentes ſophiſte dicunt, ⁊ qui nocte errat fur eſt, ⁊ qa mel flauuȝ eſt, ⁊ flauuȝ mel eſſe dicūt, ⁊ ſm hoc accidit fieri paralogiſmum, ſed nō neceſſe eſt ſi męchus laſciue ornat̄, ⁊ qui laſciue ornatur vt ſit męchus. Nam pluribus hęc inſunt, dico nocte errare ⁊ laſciue ornari, quibus p̄dicatuȝ non ineſt, ſed talis eſt dictoꝝ ſn̄ia. Cęterum quę ſunt ſm lr̄am ⁊ ad verba ſic ſe habent. Nam quādo fuerit mel ex neceſſitate ſeqtur etiam flauū, ⁊ cū fuerit aliqđ flauū putāt eſſe mel ⁊ fit paralogiſmus hic. Naȝ accidit bilē cholerāꝗ eſſe quę ſit flaua p̄terꝗ mel, ſed paralogiſmus ſic decipit, nōne mel flauuȝ eſt. Vtiꝗ vt etiā flauū mel, ſed cholera biliſꝗ flaua, igitur eſt mel ⁊ deceptiones ob opinioneȝ hinc naſcūtur, nam guſtus recipit mel, vt dulce, ⁊ viſus vt flauū, in qbus opinio cōponens paſſiones, vel vt vnuȝ exiſtimans quoties agit viſus ob aliqđ flauuȝ, ⁊ videt aliqđ flauum bile ſtatiȝ ēt mel hoc eſſe opinabit̄. Rurſus/qa ex neceſſitate imbre deſcendit terra fit madida, quoties autem effuſio aquę fieret delationē pluuię fieri exiſtimamus, hinc etiaȝ ſolem vnius pedis viſus opinat̄ eſſe, qa ſeqtur phātaſiam viſus, ſed aliter eſt. Item in rhetoricis ſyll'is demonſtrationes a ſigno ex cōſequētibus fiūt, nam qa ſignuȝ męchi eſt laſciue ornari ⁊ furis nocte errare. Naȝ ſeqtur ēt męchū ip̄m laſciue ornari ⁊ fureȝ nocte incedere, ob id rhetorice oſtēſiones ex cōſequētibus fiunt, nam q vult oſtendere ꝙ męchus eſt cōſequēs accepit ꝙ laſciue ornatur, ⁊ qui furem cōuincere vult ꝙ nocte errat vagaturꝗ. At pluribus hęc inſunt. vȝ. laſciue ornari ⁊ nocte incedere, ſed p̄dicatum nō ineſt. vȝ. męchus, ⁊ fur. Solutio eſt. Prędicatū auteȝ dicit męchuȝ de laſciue ornari, ⁊ de nocte incedere fureȝ nō ꝙ ſint vere p̄dicata. Nā dictum eſt ꝙ non neceſſe eſt conuertere, ſed vt ab ſophiſtis velut prędicata accepta ſunt.

¶ Similr̄ auteȝ ⁊ in ſyllogiſticis, vt eſt Melliſſi oratio, quoniaȝ infinitum eſt vniuerſuȝ. Sumens quidem vniuerſum ingenituȝ, (nā ex nihilo nihil fieri) quod autem factum eſt, ex principio fieri, ſi igitur non factuȝ eſt, principium non habet vniuerſum. Quare infinitum. non neceſſe eſt hoc accidere. Non enim ſi omne/quod factum eſt, principium hȝ, etiā quicquid principium habet, factuȝ eſt. Quēadmodum ſi febricitans/calidus. etiam calidum neceſſe eſt febricitare.

¶ Silr̄ auteȝ. inqt in ſyllogiſticis. vȝ. videntib᷒ rōnib᷒ ſm ſyll'm procedere qualis videt̄ ⁊ hic Melliſſi eſſe. Nam iſte volēs oſtendere ꝙ vnuȝ eſt ens ⁊ infinitum ꝓbauit hoc per cōuerſionem forte cū cōtrapoſitione dicēdo ꝙ ſi factum hȝ p̄ncipiuȝ, nō factum deinceps non habebit principiū. Deinde apponit etiam alteraȝ ꝓpoſitionem ꝙ non hȝ principiuȝ eſt infinituȝ, perinde ac tali ſit ſyllogiſmo cōcluſum, ens nō eſt factuȝ, nō factum p̄ncipium non hȝ, non hn̄s principiū eſt infinitū, igitur ens īfinitū. Huius igit̄ rōnis plures ⁊ alie petitiones in p̊ de phyſico auditu dicte ſunt ab Ariſto. Sed oſtēſuȝ eſt etiā peccatum cōuerſionis cum ꝯpoſitione. Nā deſtructione cōſequentis in hac etiā deſtrues an̄cedens non ſic eſt, ⁊ ea de Melliſſo. Nam ſi hō eſt, ſeqtur etiam aīal eſſe ex neceſſitate, ſed aīali non exiſtēte, perſpicuuȝ eſt ꝙ neꝗ homo. Oportebat igit̄ ⁊ Melliſſum ſic cōuertere ⁊ dicere ꝙ ſi factum principiuȝ hȝ, ꝙ non principium hȝ non eſt factū, ſed iſte nō ſic fecit, ſed deſtructione an̄cedentis, ſil' etiam deſtruxit ⁊ cōſequēs, ſed rurſus cōſideranduȝ eſt verba ſm cōtextum. ⌊ Melliſſi oratio, quoniā infinitum